



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XVIII. Die Kayserlichen zu Münster wollen wegen Walckenried eine Aenderung in dem Aufsatz machen: Verlangen, Luneburgici sollen eine Clausul dem Instrument einrücken: Chur-Brandenburgische ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1647.
Majus.

§. XVIII.

1647.
Majus.

Die Kaiserliche
den zu Münster
ster wollen
wegen Wal-
denried eine
Aenderung in
dem Aufsatze
machen.

Der Kaiserliche Gesandte Cran be-
richtete solches unverzüglich nach Münster,
von dannen am 23ten May die Resolu-
tion dahin einlangte, es wegen Schauen,
Grönningen und der Weserburg, bey
denen vorigen Erklärungen zu lassen, we-
gen Walckenried aber, bey dem 6. Ar-
ticul diese Formalia hinzuzusetzen: „Ad
hæc tamen hoc Articulo posita, Cæ-
sareani aliter obligati esse nolunt, ni-
si quatenus ea propter à Legatis Do-
mini Electoris Brandenburgici mo-
ta contradictio componi poterit.“
Und, daß in übrigen die nachstehende Clau-
sul von denen Lüneburgicis, in das In-
strumentum Pacis mit eingerücket wer-
den sollte: Hæc tamen omnia non ali-
ter effectum habeant, atque nomine
Cæsareæ Majestatis concessa intelli-
guntur, quam si reliqua quoque obsta-
cula Pacis remota, omnesque hosti-
litates, contra ejusdem Regna & Di-
etiones hæreditarias, Statusque Im-
perii Suxæ Majestati Adhærentes sub-
lata fuerint, Paxque cum Corona
Sueciæ, ejusque Adhærentibus con-
clusa sit.

Verlangen
auch, Lüne-
burgicis sollen
eine Clausul
dem Instru-
ment einrü-
cken.

aber stelleren ihm ausführlich vor, was vor
einen Unfug bißhero die Chur-Branden-
burgischen in dieser Sache ausgeübet hät-
ten, so, daß Wesenbecius völig davon
überzeuget ward, und die Lüneburgischen
ersuchte, sie möchten dergleichen Vorstel-
lung ebenfalls bey dem Grafen von Witt-
genstein, als ersteren Chur-Brandenbur-
gischen Gesandten, thun, damit dieser von
der Sache auch einen andern Begriff
bekäme. Jene versetzten zwar darauf,
daß Wesenbecius solches nummehr selbst
wohl thun könnte, da er hinlängliche In-
formation erlangt habe; Jedoch zu al-
lem Ueberfluß, resolvirte Lampadius, ganz
allein, weil ebenfalls nur ein Branden-
burgischer Gesandte zu ihnen gekommen
war, sich zu dem Grafen von Wittgenstein
zu verfügen, demselben aber den Titul: Ex-
cellenz, nicht zu geben; inmassen auch ge-
sehen, und besande sich Graff Wittgen-
stein auf die, von Lampadio, eingenom-
mene unständliche Information, ganz
anderst inclinirt, mit Versicherung, die
Sache an den Churfürsten aufs beste zu
referiren.

Werden aber
convincirt,
daß sie un-
recht haben.

Chur-Brand-
enburgische
Gesandten
disputiren
darüber mit
denen Lüne-
burgicis.

Die Chur-Brandenburgische Ge-
sandten nahmen darab Gelegenheit, des-
wegen mit denen Lüneburgicis anzubin-
den, bey denen sich Wesenbecius einfand,
und verschiedene, zum theil bedrohliche Re-
den fahren ließ: Die Lüneburgischen

Worauf des Kaiserlichen Gesandten
Graffens von Lamberg Secretarius, das
vollständige Instrument über den Arti-
cul, die Braunschweigische Satisfac-
tion betreffend, wie folgende obntadeshaf-
tige Copia N. I. ausweiset, unterschrie-
ben, denen Schweden extradirte.

Von Kaiser-
licher Seite
wird die No-
tul über den
Braunschwei-
gischen Satis-
factions-
Punct vollze-
gen.

N. I.

Von Kaiserlicher Seite vollzogene Notul des Braunschweig-Lüneburgi-
schen Satisfactions-Puncts.

Cum Domus Ducalis Brunsvicensis & Lüneburgensis, ob Pacem pu-
blicam melius faciliusque stabiliendam, cesserit Coadjutoris in Archi-Episco-
patus Magdeburgensem & Bremensem, iremque Episcopatus Halberstadien-
sem & Ratzeburgensem obtentis, ea conditione, ut alternativa eisdem cum
Catholicis in Episcopatum Osnabrugensem addiceretur Successio: Cæsarea
Majestas præsentis Sacri Romani Imperii statui minime expedire judicans,
Pacem publicam propterea impedire diutius, consentit & permittit, ut ejus-
modi alterna Successio in dicto Episcopatu Osnabrugensi deinceps inter Ca-
tholicos & Augustanæ Confessionis Episcopos, ex Familia tamen Ducum Bru-
novicensium & Lüneburgensium, quamdiu eadem duraverit, postulandos
locum habere debeat, modis & conditionibus sequentibus.

Sechster Theil.

Jii

Pri

1647.
Majus.

Primo omnium restituatur dictus Episcopus totus & integer cum omnibus suis appertinentiis, Secularibus & Ecclesiasticis, moderno Episcopo Domino Francisco Guihelmo pleno jure possidendus, prout uniformis & perpetuæ Capitulationis Leges, communi Principis Francisci Guihelmi, Domusque Brunsvigo-Luneburgicæ & Capitularium Episcopatus Osnabrugensis consensu jam ineundæ, sancierint.

1647.
Majus.

Secundo: Status Religionis ac cæterus Ecclesiastici totiusque celeri utriusque Religionis tam in ipsa Urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus Ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis, omnibusque aliis locis maneat & reducatur in eum, qui fuit i. Jan. Anni 1624. statum ita tamen, ut antehæc fiat singularis quædam determinatio & dispositio, de iis, quæ post annum 1624. quoad verbi Ministros & divinum cultum mutata deprehendentur, etiam supradictæ Capitulationi inserenda; Caveatque Dominus Episcopus per litteras Reversales, Statibus & Subditis suis, homagio ab ipsis recepto, Jura & Privilegia salva fore, & quæ præterea futuræ Episcopatus administrationi, Statuumque & Subditorum securitati urinque necessaria videbuntur.

Tertio: defuncto eodem Domino Episcopo, succedat in Episcopatu Osnabrugensi Dominus Ernestus Augustus, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis, atque adeo vi hujus Pacis publicæ sit designatus ejusdem Coadjutor & Successor, teneaturque Capitulum Cathedrale Osnabrugense, statim post discessum moderni Domini Episcopi, eundem Dominum Ernestum Augustum, Episcopum recipere, vel si ipse tum superstes non esset, alium ex Domini Georgii, Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis posteris in Episcopum suum postulare, conditionibus tamen in recepta Capitulatione initis perpetuo observandis. Eo autem de mortuo aut ultro resignante, teneatur dictum Capitulum vel Electione vel Postulatione Præsidem Catholicum præficere; Sin vero hac in parte vel Canonicorum negligentia vel discordia intercefferit, locus sit ordinationi Juris Canonici & consuetudini Germaniæ, salva tamen Capitulatione perpetua, ut & hac Transactione; Et sic perpetuo admittatur alternativa successio inter Catholicos Episcopos ex gremio Capituli electos vel aliunde postulatos, atque Augustanæ Confessioni addictos, sed non alios, quam ex Familia modo nominati Ducis Georgii descendentes, & quidem si plures sint Principes è natu minoribus eligatur vel postuletur Episcopus, nullis vero existentibus natu minoribus, sufficiatur unus ex Principibus regentibus; Illis autem deficientibus, succedat tandem Ducis Augusti posteritas alternatione, ut dictum, inter ipsum & Catholicos perpetua.

Quarto: teneatur non solum memoratus Dux Ernestus Augustus, sed etiam omnes & singuli ex Familia Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium Augustanæ Confessioni addictorum in hoc Episcopatu alternatim succedentium, Statum Religionis cæterus Ecclesiastici, totiusque Cleri, tam in ipsa Urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus, Ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis omnibusque aliis locis conservare ac tueri, prout superius Article secundo dispositum est.

Quinto: ut ne etiam durante administratione & regimine Episcopi Augustanæ Confessioni addicti, circa censuram Ecclesiasticorum Catholicorum, itemque usum & administrationem Sacramentorum ritu Romanæ Ecclesiæ, ut & cætera, quæ sunt Ordinis, ulla difficultas aut confusio suboriatur, horum omnium dispositio, quoties alternativa successio in talem Augustanæ Confessioni addictum devenerit, Domino Archi-Episcopo Coloniensi velut Metropolitanano reservata esto: Cætera vero Superioritatis & Regiminis jura in Civilibus & Criminalibus Augustanæ Confessionis Episcopo,

1647 scopo, juxta Capitulacionis leges illibata permaneant. Quando autem Ca-
 Majus. tholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil omni-
 no in Augultana Confessionis sacra arroget sibi Juris aut obrineat.

1647.
 Majus.

Sexto: Monasterium Walckenried, cujus hoc tempore Administrator est Christianus Ludovicus Dux Brunovicensis & Lunaburgensis, perpetuo Feudijure permaneant penes eosdem Duces Brunovicenses & Lunaburgenses, eodem, quo supra, inter duas eorundem Familias succedendi ordine, rejectis prætenfionibus Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Hohnsteinensis; Ad hæc tamen hoc Articulo posita Cæsareani aliter obligati esse nolunt, nisi quatenus ea propter à Legatis Domini Electoris Brandenburgici mota contradicção componi poterit.

Septimo: Eisdem Ducibus restituantur Monasterium Groningenfe, quod per mutandò, & prædium Schawen, quod emendo ante pauculos Annos acquisiverunt, & Episcopatu Halberstadiensi tribuerunt, reservatis etiam Juribus, quæ dictis Ducibus in Castrum Westerburg competunt; nec minus infeudatio Comiti à Tertenbach à Ducibus facta, eoque nomine initæ leges perinde ut jura crediti & pignoris Ducis Christiani Ludovici Vicario, Friderico Schenckio à Winterstedt in Westerburg competentia, facta tecta maneant.

Octavo: Quod ad debitum à Friderico Ulrico Duce Brunvicensi cum Rege Daniae contractum & per hunc in Pacificatione Lubeccensi Sacrae Cæsareæ Majestati cessum, posteaque Cæsareæ Militiæ Præfecto Comiti Tilio donatum, attrinet; cum modernè Duces Brunovicenses & Lunaburgenses, se ad hoc debitum persolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque de re etiam per Legatos Plenipotentiariorum Coronæ Sueciæ instanter actum sit, amore Pacis remissio & expunctio totius istius debiti & obligationis, dictis Ducibus eorumque hæredibus concessa esto.

Nono: Cum Duces Brunvicenses & Lunaburgenses Cellensis Lineæ, Capitulo Ratzenburgensi pro sorte 20000. Florenorum annuas pensiones usque dum pependissent, alternatione jam cessante, cessent quoque annuæ ille pensiones, abolito prorsus debito.

Decimo: Vice versa, iidem Duces prætenfis Postulationibus & Coadjutoris in supradictos Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque, Episcopatus Halberstadiensem & Ratzeburgensem plenissime renunciant: ita ut quæ circa hosce Archi-Episcopatus & Episcopatus superius in hoc Pacificationis Instrumento disposita sunt, citra ipsorum contradiccionem effectum habere debeant, Capitulis utrobique in eo statu permanentibus, quo superius conventum est.

De Mandato & Commissione DD. Legatorum Plenipotentiariorum Cæsareanorum, Osnaburgi 3. Junii 1647.

Egon Gail, subscripsi.

Hoc Ego Exemplar ex Autographo à Secretario Cæsareo Egon Gailio subscripto & 24. Maji Anni 1647. Dominis Legatis Suecicis exhibito verbotenus descripsi & subscripsi.

Sechster Theil.

311 2

§. XIX.